Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



196

curam. qui eas inde abstrahunt ubi tradite sunt.
et quod petius est anathema maranata fiant. et
si non corpore ut ananias et saphira fecerunt qui
mortui ceciderunt. anima tamen que potior est
corpore mortua et alienata a consortio fidelium
cadat. et in profundum inferni labatur. Unde ad
tendendum est omnibus fidelibus et fidelium custodiendum.
et illius usurpationis contumelia depellenda. ne
predia usibus secretorum celestium dicata a quibusdam
irruentibus uerentur. Quod si quis fecerit. post
debite ultionis sacrimoniam que erga sacrilegos
iure prmenda est perpetua dampnetur infamia.
et carceri tradatur. aut exilio perpetue deportationis
seruetur. qm iuxta apli oportet huiusmodi hominem tradere satane. ut spe saluus sit in
die dni. Huic concordans ses lucius aplicus et ipse in suis decretis ait. Res ecclesiarum et oblationes
fidelium ab aliquibus uexari et ecclesiasticis uiris auferri indubitanter maximum est peccatum testante
scriptura que ait. Qui abstulerit aliquid patri
et dicit hoc non esse peccatum. homicide participes
est. Pater g nr est sine dubio deus. qui nos creauit.
et mater nra ecclia. que nos in baptismo spiritaliter generauit. et ideo qui xpi pecunias et ecclie
auferit. fraudat et rapit. homicida in conspectu
iusti iudicis esse deputabitur. Unde scriptum est.
Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem facit.